Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium cisterciense - Kl. L. 34

[Lichtenthal(?)], [Ende des 13. Jahrh.]

Cantica der dritten Nokturn

urn:nbn:de:bsz:31-94358

Visual Library

michahel

Cantica dñi[c]alia ꝙ i feſto ſci

Dñe miſerere noſtri te e
ni expectauimꝰ. eſto bra
chiū noſtrū in mane.
et ſalus nr̄a in tempe tribula
tionis. A uoce angli fugerūt
ppli. ꝙ ab exaltatione tua diſp
ſe ſt̄ gentes. Et congregabūt
ſpolia ur̄a ſic colligit̄ brucus. ue
lut cū foſſe plene fuīt de eo.
Magnificatus eſt dñs qm̄ ha
bitauit in excelſo. impleuit
ſyon iudicio ꝙ iuſticia. ꝙ erit
fides in tempib; ſuis. Diuicie
ſalutis ſapia et ſcientia. timor
dñi ipſe ē theſaurꝰ eiꝰ. Ecce uidē
tes clamabūt foris/angli pa
cis amare flebūt. Diſſipate
ſt̄ uie ceſſauit tranſiens p ſemi
tā. irritū factū eſt pactū. piec
ciuitates n̄ reputauit hoīes.
Luxit ꝙ elanguit t̄ra. cōfuſꝰ
eſt lybanꝰ ꝙ obſorduit. Et fac
tꝰ eſt ſaron ſic deſertū. ꝙ cōcuſ
ſa ē baſan et carmelus. Nūc
exurgā dic dñs. nūc exaltabor
et nunc ſblimabor.
Audite q longe eſtis q̄ fe
ciſtis dic dñs. ꝙ cognoſcite uici
ni fortitudinē meā. Conteriti
ſt̄ in ſyon peccatores. poſſed tremor
hypochritas. Qs potit habitare
de uob cū igne deuorante. aut qs
habitabit ex uob cū ardorib; ſempi
ternis. Qui ambulat in iuſticiis
et loquit̄ ueritatē. q piciat auari
ciā ex calūpnia. ꝙ excutit manꝰ ſu
as ab omī munē. Q obturat au
res ſuas ne audiat ſanguīē. ꝙ claud
oclos ſuos ne uideat malū. Iſte
ī excelſis habitabit munimīta
ſaxoꝝ ſblimitas eiꝰ. panis ei dat
eſt. aq̄ ei fideles ſt̄. Regē in deco
re ſuo uidebūt ocli eiꝰ. cernēt t̄ram
de longe. cor tuū meditabit̄ timorē
Miſere dñe plebi tue ſup q̄ īuo
catū eſt nomē tuū. ꝙ iſrt̄ quē
coequaſti p̄mogenito tuo. Miſere
ciuitati ſcificationis tue ierlm. ci
uitati reqei tue. Reple ſyon in
enarrabilib; uirtutib; tuis. ꝙ glā
tua ppl'm tuū. Da teſtimoniū
q̄a ab initio creature tue ſt̄. et
ſuſcita pcationes qs locuti ſt̄
ī nōie tuo pphe p'ores. Da mer
cedē dñe ſuſtinentib; te ut pphe

tu fideles inveniantur. & exau
di orationem servorum tuorum. Be
nedictionem aaron da
populo tuo. & dirige nos in via
iusticie. Ut sciant omnes qui ha
bitant terram. quia tu es deus conspector
seculorum. Annunciatio domini & in purificatione
Populus qui ambulabat in tene
bris. audivit lucem magnam. Ha
bitantibus in regione umbre
mortis. lux orta est eis. Multipli
casti gentem. non magnificasti leticiam.
Letabuntur coram te sicut letantur in
messe. sicut exultant victores cap
ta preda. quando dividunt spolia.
Iugum enim oneris eius & virgam humeri
eius. & sceptrum exactoris eius superasti.
sicut in die madian. Quia omnis vi
olenta predatio cum tumultu. & ves
timentum mixtum sanguine erit in
combustionem & cibus ignis. Parvu
lus enim natus est nobis. filius datus est
nobis. Et factus est principatus super hume
rum eius. & vocabitur nomen eius admira
bilis consiliarius. Deus fortis pater
futuri seculi princeps pacis. Mul
tiplicabitur eius imperium & pacis non erit

finis. Super solium david et super
regnum eius sedebit. ut confirmet
illud & corroboret in iudicio
& iusticia. Amodo & usque
in sempiternum. zelus domini exerci
tuum faciet hoc.

Letare ierusalem. & diem festum
agite omnes qui diligitis eam. Gau
dete gaudio omnes qui lugebatis
super eam. ut potemini a lacte &
satiemini ab uberibus consolationis
eius. Et cum mulseritis a lacte.
epulemini ab introitu glorie eius.
Quia hec dicit dominus. ecce ego decli
no in eos ut flumen pacis. et
ut torrens inundans gloriam gen
tium. Pueri vestri in humeris por
tabuntur. et super genua consola
buntur. Quemadmodum mater con
solatur filios suos. ita & ego con
solabor vos. & in ierusalem conso
labimini. Et videbitis & gau
debitis & letabitur cor vestrum. et
ossa vestra ut herba germinabunt.
et comminabitur contumacibus.
Ecce dominus ut ignis veniet. et
ut tempestas currus eius reddere

in ira uindicta & uastatione ut
flamma ignis. In igne enim zeli
mei deuorabitur omnis terra & in
gladio eius omnis caro. Aliud
Urbs fortitudinis nostre syon
saluator ponetur in ea
murus & antemurale. Aperite
portas & ingrediatur gens iu
sta custodiens ueritatem. Uetus
error abiit. seruabis pacem pa
cem quia in te sperauimus. Sperastis
in domino in seculis eternis. in domino
deo forti imperpetuum. Quia incur
uabit habitantes in excelso. ci
uitatem sublimem humiliabit.
humiliabit eam usque ad terram.
detrahet eam usque ad puluerem
Conculcabit eam pes pauperis. gres
sus egenorum. Semita iusti rec
ta est. rectus callis iusti ad am
bulandum. Et in semita iudici
orum tuorum domine sustinuimus te. no
men tuum & memoriale tuum in
desiderio anime. Anima mea de
siderabit te in nocte. sed & spiritus
meus in precordiis meis de ma
ne uigilabo ad te. Cum feceris

iudicia tua in terra. iusticiam discent
habitatores orbis. Misereamur im
pio & non discet facere iusticiam. in terra
sanctorum iniqua gessit. & non uidebit gloriam
domini. Domine exaltetur manus tua ut non
uideant. uideant & confundantur
zelantes populi. & ignis hostes tu
os deuoret. Domine dabis pacem no
bis. omnia enim opera nostra operatus es nobis.

In pascha & per tempus resurrectionis

Quis est iste qui uenit de edom tinc
tis uestibus de bosra. Iste formo
sus in stola sua gradiens in multi
tudine fortitudinis sue. Ego qui lo
quor iusticiam. & propugnator sum ad
saluandum. Quare ergo rubrum est in
dumentum tuum. & uestimenta tua
sicut calcantium in torculari. Torcu
lar calcaui solus. & de gentibus non est
uir mecum. Calcaui eos in furore
meo. & conculcaui eos in ira mea.
Et aspersus est sanguis eorum super ues
timenta mea. et omnia indumenta mea in
quinaui. Dies enim ultionis in corde
meo. annus retributionis mee uenit.
Circumspexi & non erat auxiliator.
quesiui & non fuit qui adiuuaret. Et

ſaluauit m̄ brachiū meū ⁊ indig
natio mea ip̄a auxiliata ē m̄.
Venite et reuertamur ad dn̄m;
q̄a ipſe cep̄ et ſanabit nos.
percutiet ⁊ curabit nos. Viuifi
cab nos poſt duos dies. in die t̄cia
ſuſcitab nos ⁊ uiuem in ↄſpec
tu ei ſciem ſequemq; ut cognoſ
cam dn̄m. Quaſi diluculū p̄parat
ē egreſſus ei ⁊ ueniet quaſi ymb
nob temporane ⁊ ſerotin t̄re. Qd fa
ciā t̄ effraim qd faciā t̄ iuda. miā
urā q̄ſi nubes matutina ⁊ q̄ſi roſ
mane p̄tranſiens. Propt̄ hoc
dolaui in p̄phis ⁊ occidi eos in
u̇bis oris mei. et iudicia mea
q̄ſi lux egredient. Quia miām
uolui ⁊ n̄ ſacrificiū ⁊ ſcientiam
dei plus quam holocauſtum.
Expecta me dic dn̄s in die
reſurrectōnis mee in futu
rū q̄a iudiciū meū ut ↄgregē
gentes ⁊ colligā regna. Et ef
fundā ſup eos indignationē
meā et om̄em irā furoris mei.
In igne enī zeli mei deuorabit
omis t̄ra. q̄a tūc reddā p̄plis labi

um electū ut uocent om̄s i no
mine dn̄i et ſeruiant ei humo
uno. Vltra flumine ethyopie
inde ſupplices mei. filij diſp̄ſoꝝ
meoꝝ deferēt munꝰ m̄. In die
illa n̄ ↄfunderis ſup cunctis
adinuentionib tuis q̄b p̄ua
ricata es in me. Quia tūc au
ferā de medio tui magniloq
ſupbie tue et n̄ adicies exalta
ri amplius in monte ſancto meo.
Et derelinquā in medio tui p̄plm
pauperem ⁊ egenū ⁊ ſpabūt in
nōie dn̄i reliq̄e iſrt. Nō facient
iniq̄tatē nec loquent mdaci
um ⁊ n̄ inueniet in ore eoꝝ
lingua doloſa. Quo ipſi paſcent
⁊ accubabunt ⁊ n̄ erit q exter
reat. In feſto ſancte crucis.
Dn̄e audiui auditionē.
Pro iniq̄tate iudi.
Egreſſus es in ſalutem. In
dedicatione eccl̄e cantica.
Letatus ſum. Niſi dn̄s
edificauit. Lauda ierlm
Vos ſcī de apl̄is ⁊ m̄rib.
dn̄i uocabimini miniſt

dei noſt. Dicet uob fortitudinē
gentiū comedetis. et in glā eor
ſupbietis. Pro confuſione
uīa duplici et rubore. lauda
bunt partē eor. Propterea in
tra ſua duplicia poſſidebūt.
leticia ſempitna erit eis. Qui
a ego dñs diligens iudiciū. et
odio habens rapinā in holo
cauſtū. Et dabo op eor in ue
ritate. et fed ppetuū feriā eis
Et ſciet in gentib ſemē eor. et
germē eor in medio pplor. Omīs
enī q uiderint eos cognoſcent
illos. qa iſti ſt ſemē cui bndix d.
Fulgebūt iuſti. et tamq ſcin
tille in arundineto diſcur
rent. Iudicabūt nationes et
dñabunt pplis. et regnabit dñs
illor in ppetuū. Qui confidūt
in dño intelligent ueritatē. et
fideles in dilectione acquieſcent
illi. Qñ donū et pax. ē electis
Reddet ds mercedē labor
ſcor ſuor. et deducet illos
in uia mirabili. Et fuit illis
in uelamto diei. et in luce ſtel

lar nocte. Tranſtulit illos ma
re rubrum. et tranſuexit illos
p aquā nimiā. Inimicos aūt
illor demerſit in mare. et ab al
titudine inferor eduxit illos
Ideo iuſti tulerūt ſpolia impior
et decantauerunt dñe nomen
ſanctū tuū. Et uictricem manū
tuā laudauerūt pariter. dñe ds nr.

De uno mr̄e et etiā de pont. of.

Beatus uir q in ſapientia mo
rabit. et q in iuſticia medi
tabit. et in ſenſu cogitabit cir
cumſpectionē dei. Cibauit il
lū pane uite et intellectus
et aqua ſapientie ſalutaris po
tauit illū. Et firmabit in illo
et n̄ flectet. et continebit illū
et n̄ confundet. et exaltabit illū
apud proximos ſuos. Et nōie
etno hereditabit illū dñs ds nr.
Benedictus uir q confidit
in dño. et erit dñs fiducia
eius. Et erit tamquā lignū
qđ plantatū eſt ſecus decurs
aquar. qđ ad humorē mittit
radices ſuas. et n̄ timebit cum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

uenerit eſtus. Et erit foliũ eius
uiride. et in tempe ſiccitatis
n̄ erit ſollicitum. nec aliquã
do deſinet facere fructum.
Beatus uir qui inuentus
eſt ſine macula. et q̄ poſt
aurum n̄ abiit. nec ſperauit in
pecunie theſauris. Quis ē
hic et laudabimus eũ. fecit
enĩ mirabilia in uita ſua.
Qui probatus eſt in illo et p
fectus inuentus eſt. et erit il
li gloria eterna. Qui potuit
tranſgredi et n̄ eſt tranſgreſſus. et
facere mala et n̄ fecit. Ideo
ſtabilita ſũt bona illius in
dño. et elemoſinas illius e
narrabit om̄is eccl'a ſanctoꝝ.
Al. amica de uirginibus.
Audite me diuini fructus.
et quaſi roſa plantata
ſup riuos aquaꝝ fructifica
te. Quaſi lybanus odorē ſua
uitatis habete. Florete flores
quaſi lilium date odorem et
frondete in gr̃am. et collaudate
canticũ. et benedicite dñm in
opib' ſuis. Date nomini eius

magnificentiã. et confitemini
illi in uoce labioꝝ ueſtroꝝ. In
canticis labioꝝ et cytharis. et
ſic dicetis in confeſſione opa
dñi uniuerſa bona ualde.
Gaudens gaudebo in dño. et
exultabit anima mea in
deo meo. Quia induit me ueſti
mento ſalutis. et indumento iuſ
ticie circumdedit me. Quaſi ſpõ
ſum decoratũ corona. et quaſi ſpõ
ſam ornatã monilib' ſuis. Sic
enĩ terra profert germen ſuũ.
et ſic ortus ſemen ſuũ germinat.
ſic dñs ds germinabit iuſticiã
et laudē corã uniuerſis gentib'.
Propter ſyon n̄ tacebo. et ppter
ierlm n̄ quieſcam. donec egre
diat' ut ſplendor iuſtus eı' et
ſaluator eı' ut lampas accen
dat'. Et uidebunt gentes iuſ
tum tuũ. et cuncti reges incli
tum tuũ. Et uocabit' tibi
nomẽ nouũ. qd̄ os dñi nõiauit.
Et eris corona glẽ in manu
dñi. et diadema regni in manu dei
tui.
Non uocaberis ultra dere
licta. et terra tua n̄ uocabit'

amplius desolata. Sed uoca
beris uoluntas mea in ea. et
terra tua inhabitabitur. Quia
complacuit domino in te. et terra
tua inhabitabitur. Habitabit
enim iuuenis cum uirgine et ha
bitabunt in te filii tui. Et
gaudebit sponsus super spon
sam: et gaudebit super te deus
tuus. Super muros tuos ie
rusalem constitui custodes;
tota die et tota nocte in perpe
tuum non tacebunt. Qui re
miniscimini domini ne taceatis;
et ne detis silentium ei donec
stabiliat et donec ponat ie
rusalem laudem in terra.